









1703.

1. Lutter, Carolus Fredericus : De partibus humani vitalibus naturalibus et vero terminibus.
2. Martini, Nicolaus : De pactis ad lib. ff. II. tit. 14.
3. Muscus, Simon Henricus : De omnia perennatione agrorum inundati.
4. Reyherus, Samuel : De responsis prudentium.
5. Reyherus, Samuel : De quartis ex jure nostro occurrentibus et in specie de quarta duplicata.

1704.

1. Martini, Nicolaus : De advocatis ad lib. ff. III. tit. 1.
2. Muscus, Simon Henricus : De restitutione in integrum contra prescriptionem ex capite ignorantiae.
3. Reyherus, Samuel : De feudorum origine et libris impressis de Codice Americano.
4. Schelhammerus, Gemth. Christoph : De obsessis.

1705.

1. Musaeus, Simon Hurvius: De foro res sitae etiam et res mobiles quas vis pertinetur.
2. Ruyherus, Samuel: De officio iudicium.

1707.

1. Majus, Jo. Burchardus: De civitatibus Imperialibus ab imperio Romano avulsis.
2. Martius, Nicalus: De infamia et liti ff. 3 tit. 2.
3. Ruyherus, Samuel: De furto venus iterato, sive herbum patratu.

1708.

1. Musaeus, Simon Hurvius: De intercessionibus foeminarum nobilium Sleovicensium et Holstrenarum.
2. Pahnke, Reinholdus Fridericus: De deposito rerum immobilium.
3. Schellhammer, Guntherus Christophorus: Oratio: De argumentis et decoremis scientiarum.

cum magistratus acad. tertium susciperet

1709.

1. Reufferus, Samuel: De singularibus quibusdam obsequiis

juribus

2. Waldschmidt, Wilhelmus Hildesheimensis: De sororibus gemellis, ab ossibus sacris monstruose monstruose utriusque in vicem cohaerentibus

1711.

Waldschmidt, Wilhelmus Hildesheimensis: De his, qui deo vivunt sine alimentis.

1712.

Vogt, Franc. Ernestus: De solemnitatibus in genere, earum natura, jure, usu et abusu.

1713.

Vogt, Franc. Ernestus: De Lytao incendio.

1714.

1. Schaefferus, Johannus Truchsessus: De Dominio a venditore reservato.

1969

2. Rangorius, Haas Leopold: *De jure conjugum*  
in bona specification et sigillatione de praecipuo,  
quod videtur nobilitatem & in vacatibus, Mericeu  
et Molsaviae . . . competit.
3. Nagus, Dr. Bernhardus: *Jurisprudentiae criticae*  
specimen.



DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE

INTERCESSIONIBUS  
FOEMINARUM NOBILIIUM  
SLESVICENSIIUM ET HOL-  
SATICARUM,

EX DECRETO ET AUCTORITATE MAGNIFICI  
RECTORUM ORDINIS,

In Illustri ACADEMIA CIMBRICA,

PRÆSIDE

*VIRO Magnifico, Nobilissimo, Consultissimoque*

DN. SIMONE HENRICO MUSÆO,

J. U. D. Institutionum, nec non Jur. Nat. & Gent.  
Professore Ordinario,

h. t. ACADEMIÆ PRO-RECTORE,  
& Facultatis Juridicæ DECANO,

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS,  
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS  
rite consequendis,

*Publicæ Eruditorum censure submittit*

Friederich Joachim von Creutz/Holsatus,

Supremi Dicasterii Gottorpiensis & judicii Provincialis  
ADVOCATUS,

in Auditorio majori horis ante- & pomeridianis  
ad diem 24. April. 1708.

KILONI, Literis Bartholdi Reutheri.

15  
333

1708, 1

1708  
1708



DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
DE

INTERCESSIONIBUS  
FOEMINARUM NOBILITUM  
SLESVIGENSIVM ET HOL-  
SATICARVM

EX DECRETO ET AUCTORITATE MAGNIFICENTISSIMI  
ICTORVM ORDINIS

In Illustri ACADEMIA CIMBRICA

PRÆSIDE

MAGNIFICENTISSIMO NOBILISSIMO CONSISTISSIMO

DN SIMONE HENRICO MUSEO

J. U. D. Institutionum nec non Juris de Gen.

Professore Ordinario

R. E. ACADEMIE PRO RECTORE

& Facultatis Juridicæ DECANO

PRO SUMMO IN UTROQUE JURE HONORIBUS

AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS

hinc condignis

Publicæ Exhortationis causâ summum

Christianum Christianum von Burg-Hollands

superiori Dilectissimi Consistorii & Judiciali Privilegiis

ADVOCATVS

in Auctoritate majori hinc sine contradictione

actus 24. Julii 1768.

Kiloniæ, Luitpoldi-Burgen

2  
4  
2  
10





§. I.  
Elebris in Jure ac dives est materia de intercessionibus sceminarum, cuius merito quoque tum præstantia, tum utilitas allexit, ut, cum auspicii loco aliquod esset solenne specimen edendum, hanc potissimum eligerem, dignamque censerem; de qua cum viris doctis publice conferrem. Potuissim hic in latissimum excurrere dicendi campum; quia tamen forenses occupationes, quibus distringor, festinare jubent opus, intra arctissimos terminos illud coercere cogor. Hinc nemo a me omnium illorum enodationem expectet, quæ a Doctoribus circa Sctum Vellejanum varie solent disputari. Dirigam enim cogitationes ad solas nobiles horum Ducatum foeminas, & quousque illæ valide pro aliis intercedere queant, compendiose declarabo: ordinem non quidem philosophicum sed illum secuturus, quem ipsa materia, & nobiliores, qui circa illam obvenire possunt casus, suppeditabunt.

§. II.  
Intercessionis vocabulum varias habere significaciones tam notum esse videtur, quam quod notissimum. Hic denotat personam suam inter debitorem & creditorem interjicere, seque aut sua bona pro alio, quocumque

que obligationis genere obligare L. 2. §. 4. ff. ad Sc.  
*Vellej.* five id fiat pignora constituendo, five novam ob-  
 ligationem in se recipiendo, five suscipiendo veterem:  
 hinc vox intercessionis tam fidejussiones, constituta,  
 mandata, ut quis alteri credat, quam expromissiones &  
 novationes sub se comprehendit, & excludit negotia  
 proprium interesse concernentia, prout late ex legibus  
 & ratione deducunt DD. *ad tit. ff. ad Sc. Vellej.*

§. 3.

Sub fœminis intelliguntur tam nuptæ, quam innu-  
 ptæ, tam virgines quam viduæ: Scum enim Velleja-  
 num, quod fœminis pro aliis intercedentibus auxilium  
 præstat, ne exinde efficaciter conveniantur, non sexus  
 qualitatem, sed sexum respexit, & ob eius imbecillita-  
 tem opem contra intercessiones tulit mulieribus. Et  
 constitutio regio-ducalis von der Freulichen Gerechtigt-  
 keit / quæ reperitur in Ordinatione Provinciali P. IV.  
 tit. 5. atque fundamenti loco huic dissertationi subster-  
 nitur, tam der adlichen Frauen quam Jungfrauen ex-  
 pressam mentionem facit in §. 10.

§. 4.

Per nobiles hic non intelligo moraliter tales, qui vir-  
 tutibus inter cæteros præminentiam & claritatem ha-  
 bent; sed politice & civiliter nobiles, id est, eos, qui di-  
 gnitatem nobilitatis ab aliquo imperante, superiorem  
 non recognoscente, ob virtutes suas proprias acquisive-  
 runt, vel a parente per sanguinem in se derivatam pos-  
 sident, prout definit nobiles Matthias Stephani *Tr. de*  
*Nobilitate Civili Cap. III. §. 3.*

§. 5.

Imprimis vero de fœminis nobilibus Slesvicenſibus & Holfaticis, quibus competunt beneficia allegata conſtitutionis, quasque ipſius diſpoſitio obligat, dicendum erit. Hinc ſuperſedere potero ulteriore diſquiſitione, an etiam iſtæ fœminæ, quæ quidem personali nobilitate gaudent, parentes tamen nobiles non habent, aut maritis nupſerunt, a toto collegio nobilium horum Ducatum ſpecialiter non receptis, beneficiis in iſta conſtitutione fœminis nobilibus conceſſis uti poſſint? quod alias affirmandum eſſe puto, dummodo nobiles ſint, & forum domicilii coram communi regimine fortiantur.

§. 6.

Mero jure naturali; & abſtrahendo à Jure Romano fœminæ etiam non nobiles, cum perinde ac mares uſu rationis gaudeant, ac res proprias poſſideant, ſicut ex omnibus conventionibus, quæ ſuis gaudent requiſitis, ita etiam ex interceſſionibus obligantur, neque invito altero poenitere poſſunt.

§. 7.

Sed Jure Romano & primo quidem temporibus Divi Auguſti, mox deinde Claudii, Ediſtis eorum interdictum, ne uxores pro maritis ſuis intercederent *L. 2. ff. ad Sc. Vellej.* libera nihilominus intercedendi pro extraneis facultate ipſis relicta, ſic ut innuptæ indiſtincte fideiubere potuerint. Poſtea per Scrum, quod M. Syllano & Vellejo Tutore Coſſ. factum, conſtitutum, ut fœminæ neque pro marito neque pro aliis reæ fierent, ſeu nullo modo intercederent *L. 1. & L. 2. pr. §. 1. 2. ff. d. t. fideiubere*

A 3

§. 8.

Hanc S<sup>C</sup>TI dispositionem receptis Romanorum legibus in fora Germanica etiam introductam cernimus, nec contra publicam, ut arbitratur Schilterus in *Prax. Jur. Roman. Exc. XXIIIX. th. 3.* utilitatem. Nam et si juxta dictum Schilterum Germani aliter prospexerint sexus infirmitati, constituentes eam, sub perpetua tutela, nec permittentes, ut sceminae sine tutoris autoritate pro aliis intercedere possint. Ne sic tamen quidem satis iam foeminarum securitati prospectum erat, cum, & mores Germanorum sanctiores iam dudum cessaverint & curatorum tutorumve dexteritas saepius desiderata fuerit. Nihilo tamen minus alii dissentiunt, putantes S<sup>C</sup>Tum Velleianum in vita civili nullam habere utilitatem, cum velut res incommoda plerumque mediante renunciatione e medio tollatur, neque ulla sit iniquitas, si foemina ex intercessione seria obligetur: quin potius S<sup>C</sup>Tum illud in Jurisprudencia plures quaestiones dubias excitare, ac per consequens ipsa negotia humana in tricas conjicere. Quorum etiam sententiam fortioribus nitrationibus, atque statuta istud S<sup>C</sup>Tum abrogantia, prout de Gallia refert Mornac. in *Observ. ff. ad tit. ad S<sup>C</sup>Ti Vellei. & C. eod. vix omnino reiicienda esse putaverim.*

Quicquid sit, in Ducatibus hisce S<sup>C</sup>Ti istius dispositionem etiam quoad nobiles receptam esse, testatur partim usus judiciorum tam superiorum quam inferiorum, partim jus statutarium quarundam provinciarum & civitatum, & in specie constitutio von der Frentlichen Gerechtigkeitt §. 10. in qua renunciatio istius S<sup>C</sup>Ti ad validitatem intercessionum foeminarum requiritur. Hinc etiam in senten-

tentiam illorum, qui putant, foeminas illustres aut nobiles jurisdictione gaudentes, non obstante SCto, efficaciter intercedere posse, ut Hering. *de Fidejuss. cap. VII. §. 517.* Schrader *de Feud. P. X. Sect. I. num. 5. sequ.* ulterius inquirere necessum non puto. Ut tamen paucis me expediam, contraria sententia in puncto juris civilis verior esse mihi videtur, cum exceptio ista juri adeo sit incognita, ut ne quidem Principum matres ad tutelam liberorum admittantur, nisi SCto Vellejano renuncient. *vid. Engelbrecht ad tit. ff. ad SCi. Vellej. §. 3. & Stryk. in Disp. de tutel. matern. Princip.*

§. 10.

Ad intercessionem mulierum de jure communi requiritur, ut in publico instrumento sese obligent foeminae; ita enim Imperator Justinianus expresse sancivit in *L. 23. §. 2. C. ad SCi. Vellej.* foeminas non aliter in contractu pro aliis se obligare posse, nisi instrumento publice confecto & a tribus testibus subsignato, addita clausula annullatoria, si id non observatum, adeo ut ad SCtum Vellejanum ne quidem recurrere necessum habeant. Hinc foeminae in tali casu ipso jure tutae sunt Bachov. ad Treutler. *V. 1. D. 25. th. 2. lit. b.* Putat quidem Dn. Stryk. in *tr. de Cautel. Contract. Sect. II. cap. VI. §. 12.* legem illam ad casum, ubi renunciatum est beneficio, non pertinere: Nihil amplius enim *d. l.* decisum esse, quam ut foemina publico instrumento non intercedens ipso jure tuta sit, hoc vero non addi, an etiam foemina in privato instrumento intercedens & Vellejano expresse renunciata obligetur. Sed nec hanc sententiam dubiis carere, manifestum exinde est, quia renunciatio SCti Vellejani nullum alium effectum producere potest, quam ut foemina exceptione SCti istius alias  
 ipsi

ipsi competente postea uti nequeat: sed propterea non statim aliis etiam exceptionibus aut beneficiis juris renunciassè videtur, quippe cum renunciaciones tanquam odiofæ strictissime sint interpretandæ; & in *d. l.* expresse fancitum inveniatur, fœminas tunc tantummodo obligari, quando accedente instrumento publice confecto intercesserunt. Quando ergo fœmina instrumento publice confecto & a tribus testibus subsignato non fidejusserit, S<sup>C</sup>ro Vellejano se tueri ne quidem opus habet, aperto iudicio, quod hujus renunciatio de jure communi ipsi obstare non possit.

§. 11.

Sed hanc legem in Germania usu non receptam esse, plerique consentiunt DD. cum etiam alias fere omnes fœminarum intercessionès vel ex solo hoc fundamento, quod non in publico instrumento factæ, impugnari possent. Certe istiusmodi publicum instrumentum ad validitatem intercessionum fœminarum nobilium in hisce Ducatibus præallegata constitutio Regio-Ducalis non requirit. Idem etiam usus fori jam comprobavit, prout cum inter alias exceptiones etiam dispositio *d. l.* 23. contra intercessionem factam in Cancellaria Ducali opponeretur, in sententionando non attentata sed simpliciter rejecta in causa *A. B. E. B. d. F.* contra *S. N. d. i. Jul. 1704.*

§. 12.

Ad validitatem intercessionum fœminarum etiam pro maritis porro de iure Saxonico requiritur autoritas & consensus curatoris, *Carpzov. P. II. Const. XVI. def. 10. num. 12.* cum omnes contractus mulieris sine consensu curatoris initi ipso iure nulli sint, sicuti & personam standi in iudicio non habent, *Carpzov. P. II. Const.*



Const. XV. def. 1. Quam sententiam de iure Saxonico E-  
lectorali veram esse ex constitutione a Carpzov. allegata  
clare patet: Sed ex veteri iure Saxonico illam adeo gene-  
raliter de contrahibus extrajudicialibus probari posse, uti  
putat Carpz. alleg. def. 1. num. 1. dubium facit textus des  
Sächsischen Land-Rechts Lib. I. art. 45, ubi expresse di-  
citur: Mägde aber und unbemannte Weiber mögen wohl  
verkauffen ihr eigen ohne ihres Vormundes Uthlaub. Ne-  
que etiam textus a Carpzov. allegati, utpote de actibus  
judicialibus & respective de fœminis maritatis loquen-  
tes huic obstare videntur. Quam controversiam tamen  
in medio relinquo.

§. 13.

Certum interim est, ad intercessionem fœminarum, no-  
biliū in hisce Ducatibus auctoritatem curatoris necessario  
non requiri, sed & absq̄ illa fœminas nobiles valide obliga-  
ri. Allegata enim constitutio nullam curatoris mentionem  
facit, neque ullibi in Ordinatione Provinciali aut consti-  
tutione quâdam necessitas adhibendi curatorem ad in-  
tercessionem fœminis nobilibus injuncta legitur. Neque  
distinguemus an fœminæ nobiles pro maritis suis, an  
pro extraneis fidejusserint ob generalitatem textus sæ-  
pius allegatæ constitutionis. Sic in supra dicta causa,  
ubi uxor absque curatore pro marito intercesserat, ex-  
ceptio exinde facta per sententiam ducalem rejecta fuit;  
quacumq̄ convenit infra §. 22. allegatum præjudicatum,  
in quo auctoritatis & consensus curatoris etiam nulla  
mentio facta.

§. 14.

An & quomodo SCto Vellejano renunciari possit  
a fœ-

a foeminis intercedentibus, dissentiunt DD. Etiam extrajudicialiter & sine juramento renunciari posse beneficio istius SCti a foemina pro extraneo intercedente, putant Struv. in S. J. C. Exc. XXI. ib. 10. Stryk. in Tr. de Cautel. Contract. Sect. II. cap. VI. §. 3. ibique alleg. DD. quam sententiam probant ex L. fin. §. pen. ad SCt. Vellejan. item argum. L. II. ff. ad SCt. Macedon. addentes insuper, quod quilibet beneficio pro se introducto renunciare possit: Alii statuunt, rectius & rationi Juris intentionique legislatoriae prudentiae convenientius esse, ut renunciatio fiat coram iudice aut saltem coram notario & testibus, quibus etiam accedit Schilter. in Prax. Jur. Roman. Exc. XXII. §. 10. Nonnulli tamen existimant, SCto isti plane a foeminis renunciari non posse, ut Mey. ad I. L. Lib. I. tit. 10. art. 1. ibique alleg. DD.

§. 15.  
Istam controversiam late examinare non vacat: Ultimam vero sententiam, renunciationem nempe non esse magis permittendam ac ipsam intercessionem, rationi juris conformiorem mihi videri non diffiteor, cum eadem facilitate ad utramque accedant mulieres, nec iis beneficiis, quæ ob naturæ fragilitatem & sexus imbecillitatem introducta, renunciare possint. Neque obstant L. fin. §. pen. ff. ad SCt. Vellejan. & L. II. ff. Scr. Maced. Agitur enim ibi de casu, quando foemina ob intercessionem judicialiter conventa exceptionem istam SCti Vellejani vel tacite vel expresse remittit, quæ remissio multum differt a renunciatione beneficii istius. In hac

hac enim mulier sperare videtur, fore, ut a principali indemnis fervetur, in illa autem præsens est ac indeclinabile periculum, ita ut si tunc beneficio sibi competenti non utatur, præsumatur pro principali solvere aut illi tantum donare velle, in quibus casibus SCtum Vellejanum locum non habet per *L. 4. §. 1. L. 5. & L. 21. §. 1. ff. ad SCi. Vellejan.* Adde, quod beneficium istud non tantum in favorem fœminarum, sed & in publicam utilitatem introductum sit, cui renunciare nemo potest.

§. 16.

Quicquid tamen sit, primæ sententiæ illi, qua statuitur, renunciari posse isti beneficio & quidem etiam extrajudicialiter sine iuramento, usus fori accessit *vid. Scilter. alleg. loc. §. 8. & Stryk. loc. citat. item Mev. P. VII. Dec. 231. num. 1.* neque necessitatis est, sed utilitatis tantum, duos testes vel notarium adhibere, ne scilicet certiorationem minus legitime factam esse, postea excipere possit mulier.

§. 17.

Denique renunciaciones SCti Velleiani a fœminis nobilibus in hisce Ducatibus factas valere tam dispositio constitutionis sæpius allegatæ §. 10. quam usus fori satis superque approbat, ut proinde contra claram legem & experientiam incassum disputetur.

§. 18.

Videtur quidem inter duos hos ducatus in puncto iuris id discriminis intercedere, ut renunciaciones SCti Velleiani in foro Slesvicensi validæ sint, etiamsi cum iuramento sive an *Eydesstatt* non factæ, in Ducatu Holsatiæ

B 2

vero

vero fœminæ nobiles bey adelichen Ehren und an Eydes-  
statt sese obligare debeant. Verum istam obligationem de  
necessitate non esse, vox bevorab indicare mihi videtur. In-  
terim tamen tutius aget creditor, si fœminam nobilem in-  
tercedentem sub foro Holfatico bey adelichen Ehren und an  
Eydesstatt sese obligare curet.

§. 19.

Porro certiorationem de beneficio SCti Vellejani se-  
cundum jus commune probandam esse, quia facti est, nec  
præsuntur, unanimis DD. opinio est. Gail. *Lib. II. obs.*  
*77. num. 7. Stryk. de C. C. Sect. II. cap. VI. §. 3.* Quæ certio-  
ratio an præcesserit nec ne, colligere solent ex instrumen-  
to, cui hoc Notarius, gnarus beneficii istius expresse ad-  
scripsit Struv. *in S. I. C. Exc. XXI. §. 10.* Ubi tamen No-  
tarii necessariam adhibitionem, meo quidem iudicio, nec  
ius nec ratio exigit. Hinc si mulier tantum confessa sit,  
se a iurisperito aut alio quodam de iure suo certioratam  
fuisse, sicque beneficii sui tenorem perspectum se habuisse,  
satis est ad obligationis validitatem Mev. *P. VII. Dec. 231.*  
Quamvis & in casu, ubi per notarium & testes certiora-  
tionem factam esse attestatum fuerit, tandiu tantum in-  
strumento standum esse statuatur Schilter. *in Prax. jur.*  
*Roman. Exc. i XXXIX. §. 10.* donec in reconventionem per  
testes vel iureiu rando mulier contrarium probaverit.

§. 20.

Licet vero in sæpius dicta constitutione regio ducali  
prævia istiusmodi certioratio ad validitatem intercessio-  
num fœminarum in Ducatu Slesvicensi plane non requi-  
ri, neque in Ducatu Holfatiæ de necessitate esse videatur,  
cujus

cujus ratio potest esse, quia de foeminis nobilibus non praesumendum, illas beneficio renunciasse, de cujus effectu & mente non fuerint certioratae. Interim tamen & hic tutius agere creditorem puto, si instrumento obligationis inferi curet, foeminam nobilem de beneficio ipsi alias competente certioratam fuisse, quia renunciatio S<sup>C</sup>i Velleiani ad validitatem intercessionum foeminarum nobilium de necessitate est, juri vero, quod quis nescivit nemo renunciasse videtur per *L. 19. §. fin. ff. de inoffic. testam.* cujusmodi ignorantia in muliere plerumque praesumitur. Quod si vero foemina nobilis instrumento obligationis, se de beneficio istius S<sup>C</sup>i certioratam esse confiteatur, ne quidem probationem in contrarium admittendam esse puto, per verba finalia §. 10. dictae Constitutionis.

§. 21. Quod speciatim intercessionem uxorum pro maritis concernit, notum est, illas secundum leges Justinianas ipso iure nullas esse, sive semel facta intercessio sive multoties repetita, per *Nov. 134. cap. 8.* indeque desumptam *avib. si qua mulier C. ad S<sup>C</sup>i. Vellej.* Cum enim mulieres faciliores esse soleant ad intercedendum pro maritis, sive maritalibus illecebris & blanditiis ad id allectae, aut etiam minis coactae, Imperator id eo districtius censuit prohibendum. Inde etiam hujus constitutionis renunciationem non admitti, unanimis DD. est opinio *Struv. in S. 1. C. Exc. XXI. §. II. nisi,* quod ex principiis Juris Canonici deducendum, juramentum accesserit. Quod tamen clausulam formalem juramenti; so wahr mir Gott helffe continere debet,

ita ut verba an Eydessatt und bey dem Worte der ewigen Wahrheit ad validam renunciationem non sufficiant Carpzov. P. II. Const. 16. def. 6.

§. 21. An autem in tali casu renunctio SCti Vellejani cum juramento sufficiat, an vero speciatim oporteat renunciari *auth. si qua mulier*, in utramque partem a DD. disputatur. Renunciationem SCti Vellejani cum juramento sufficere putant Struv. d. l. *ibique alleg. DD.* E contrario specialem renunciationem *auth. si qua mulier*, requiri statuunt Mey. P. VI. Dec. 22. num. 4. Fleck. in *Bibliothec. Jur. Civ. Lib. III. tit. 48. §. II. in fin.* A quibus parum differre videtur sententia Strykii in *Tr. de Cautel. contract. Sect. II. cap. VI. §. 6.* putantis, non opus esse speciali expressione arthenticae, modo contenta ejus exprimantur e. g. Ich begeben mich der Weiblichen Gerechtigkeit / so da will / daß eine Frau vor ihrem Mann auff keinerley Weise sich bürglich einlassen kan &c. cum idem sit, an sensum dictae authenticae retuleris, an vero *auth. ipsam.*

§. 22. Istam litem meam facere in praesenti nolo, quamvis prior sententia ex generalitate dispositionis SCti Vellejani & principiis Juris Canonici de juramentis facili negotio defendi posset. Hinc etiam minus dubii superesse videtur, an constitutio regio-ducalis von der freulichen Gerechtigkeit §. 10. etiam de intercessionibus uxorum pro maritis intelligi possit? Quod omnino affirmare generalitas istius dispositionis, quae inter intercessiones feminarum nobilium pro extraneis & pro maritis non distinguit praecipit.

incipit. Huic asserto usus fori adstipulatur, qui exceptionem illam ab uxore intercedente factam: se non iurato renunciaffe in specie *auth. si qua mulier*, neque constitutionem istam de uxoribus pro maritis intercedentibus loqui, in causa *S. fin.* allegata expresse rejecit. Eodem modo & pronuciatum in iudicio provinciali Flensburgi Anno 1662. habito, d. 20. Octobr. hisce formalibus. Wobey zu wissen / daß denen Creditoren die Frau entweder fidejussorio nomine für ihren Ehe-Mann oder auch als correa debendi cum renunciatione S<sup>C</sup>ti Vellejani verobligiret und versichet / frey stehet und erlaubet / pro lubitu auß des Mannes oder der Frauen Mitteln / so weit sich eines jeden erstrecken / juxta ordinem sententiæ ihre Bezahlung zunehmen / von allen Obligationibus aber / worin die Frau entweder pro marito intercediret und Bürge geworden / oder auch nebst demselben als correa debendi sich verschrieben / und gedachtem S<sup>C</sup>to Vellejano nicht renunciiert / wird sie Einhalt unser Landgerichts Ordnung gänzlich absolviret und entbunden / die Creditores also mit dergleichen Forderungen in des Ehemannes Güther verwiesen. Et sic femina nobilis etiam pro marito valide intercedit, modo in genere S<sup>C</sup>to Vellejano, nulla addita speciali mentione *auth. si qua mulier* aut istius sensus, etiam absque formali juramento renuciaverit.

§. 24.

Ad validitatem intercessionum feminarum nobilium id tamen inprimis requiritur, ut feminae intercedentes sint majorenes, cum & de jure communi res expedita sit, minorem sicut non fidejubere *L. 7. §. 3. ff. de minor.*

*minor.* ita & nullum contractum valide inire posse, sed contractus minorum curatores habentium ipso jure esse nullos per *L. 3. C. de restitut. in integr.* Ratio est, quod datio curatoris ipsis auferat facultatem de rebus (aliud enim circa facta obtinet *L. 101. ff. de V. O.*) disponendi. Quod si vero curatores non habeant, subsistere quidem contractum, salvam tamen minori esse restitutionem in integrum Stryk. *de Cautel. Contract. Sect. I. cap. 2. §. 21.* affirmat.

§. 24.

Notandum insuper, quod si uxor minorennis pro marito intercedat, lapsus quadriennii post majorennitatem alias restitutioni in integrum præfiniti per *L. fin. C. de temp. in integr. rest.* intercessionem istam non validet. Cum enim restitutio in integrum judicialiter petenda, & sceminae in judicialibus perpetuae tutelae & curatelae subiaceant, hincque semper pro minoribus habeantur, adeo ut tam in judicialibus, quam extra judicialibus causis, in quibus minor restituitur, sceminae etiam majorennis moribus nostris isto beneficio gaudere statuat Schilter. *in Prax. Jur. Rom. Exc. XI. §. 9.* uxor ob intercessionem pro marito tempore minorennitatis factam conventa exceptione minorennitatis quovis tempore tuta est.

§. 25.

Hinc in sæpius allegata causa id fere unice judices attendisse video, quod uxor tempore intercessionis fuerit minorennis, ita ut non obstante, quod quadriennium post majorennitatem iam dudum effluxisset, rea admissa fuerit ad juramentum in supplementum credulitatis, anno-



annotationem matris , qua latetatem probabat , a propria ipsius manu provenisse. Quam sententiam adscribere placet : In Sachen A. B. E. B. d. F. Citantin contra S. N. Citatin in puncto sub - & obreptionis und was dem anhängig / erkennen Wir &c. hiemit vor Recht: Könte und würde Citantin in supplementum eydlich darthuen und erhärten / daß sie nicht anders wisse noch glaube / denn daß die in dem producirten Gebethbuch sub Num. 1. sich befindende Unterschrift ihrer seel. Mutter eigene Hand sey / alle und jede vom Citato wieder Citantin und ihr in Holfstein habendes Vermögen extrahirte mandata , decreta und immission sambt was dem anhängig / zu heben und die Kosten zu compensiren seyn : In Entstehung des obgesetzten zu leistenden Eydes aber es bey der am 25. May 1703. erkandten und purificirten Urtheil / auch dem Decreto purificatorio ejusdem anni , dessen confirmatorio vom 22. Febr. a. c. und in denen allen tezt als dann und dann als tezt erkandten perpetuo silentio zu lassen / Citantin auch dem Citato solchen falls die Kosten prävia moderatione zu erstatten hiemit schuldig vertheilet wird. V. R. W. Publicatum &c. Gottorff. d. 1. Jul. 1704.

## COROLLARIA.

I.

In statu integritatis non fuisset res publica.

C

II.

II.

Ex iuramentis nova obligatio non oritur, abstrahendo scilicet a principiis juris canonici; neque enim hic DEO aliquid promittitur.

III.

Deus non est causa immediata maiestatis.

IV.

Jura Principum a subditis per prescriptionem acquiri non possunt.

V.

Jure naturali, si locator ante finitum conductionis tempus rem vendi-

diderit, conductor cedere ante finitam locationem non tenetur: sicut & ex jure civili regula ista usu forialias recepta: **Kauff** gehet vor **Miethe** probari nequit, si modo conductor rem conductam jam possideat.

TANTUM.



in eadem rebus conducto cedere ante finem  
tam locutionem non tenetur : sicut  
de ex parte civili regis illa iustitia  
has receptas : Nam debet esse  
probatum nequit, si modo conductor  
rem conductam iam possideat.

TANTUM




ULB Halle  
003 742 709

3



TA → OL <sup>f.</sup>  
nur 1+21 Stück rechnen pft





B.I.G.

Farbkarte #13

15  
559

1708, 1

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE

**INTERCESSIONIBUS  
FOEMINARUM NOBILIUM  
SLESVICENSIVM ET HOL-  
SATICARVM,**

Quam  
EX DECRETO ET AUCTORITATE MAGNIFICI  
RECTORVM ORDINIS,  
**In Illustri ACADEMIA CIMBRICA,**

PRÆSIDE  
VIRO Magnifico, Nobilissimo, Consultissimoque  
**DN. SIMONE HENRICO MUSÆO,**  
J. U. D. Institutionum, nec non Jur. Nat. & Gent.  
Professore Ordinario,

h. t. ACADEMIÆ PRO-RECTORE,  
& Facultatis Juridicæ DECANO,  
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS,  
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS  
rite consequendis,

*Publicæ Eruditorum censura submittit*  
**Friederich Joachim von Creutz/Holsatus,**  
Supremi Dicasterii Gottorpiensis & judicii Provincialis  
ADVOCATUS,  
in Auditorio majori horis ante- & pomeridianis  
*ad diem 24. April. 1708.*

KILONI, Literis Bartholdi Reutheri.

46.